super om̄s deos. Cuius p̄fectionem  
nomen ipsum ioathā exprimit.  
In p̄r̄t̄ em̄ consummatus. siue  
p̄fectus. et de dño saluatore pau-  
lus ad ebreos scribens ait; Et qui-  
dem cum ēē. filius dī didicit ex  
his quae passus ē. oboedientia &  
consummatus factus ē. omnib;

Amasias

ozias

Azarius

obtemperantib; sibi causa salutis  
aeternae. ipse aedificauit portā  
domus dñi excelsam. quia per ip-  
sum introitus patet fidelib; regni  
caelestis. Ego sum inquit hostiū.  
Per me si quis ingredi & saluabit.  
& rectae excelsa haec porta uocat.  
quia de hac eadem psalmista ait.  
Excelsus sup om̄s gentes dñs. & sup  
caelos gloria ei; Dicuntur & sc̄i doc-  
tores portae qui p̄ eorum p̄dicati-  
onē uitae discimus introitū. sicut  
& portae inferi dicuntur heretici  
qui contra eccl̄am sup p̄tā aedi-  
ficatūm ipsius dñi attestatiōe  
p̄uadere non possunt; Achaz  
interpretatur adprehendens. de-  
niq; achaz qui ex iusto patre edi-  
tus in p̄fidiam & scelus idolatriae  
delapsus est. significat hereticos  
qui ex catholicis patrib; sacrame-  
to fidei inbuti sunt. sed ad aposta-  
siam declinantes cultū diuinum  
simulacris errorū suorū p̄bere n̄  
timeant. qui fructum uterisui hoc  
est effectum prauae meditatio-  
nis in igne zeli daemonis immo-  
lunt. quia sicut achaz spoliata domo  
dñi. & domo regū & principū dedit

83.  
regi assiriorum munera & tam-  
en nihil profuit. Ita isti aurū saga-  
cis ingenii. & argentum eloquen-  
tiae conflant in cultum idolorū  
ut intereant. aegyptū inuocant  
ad assirios ad eunt. cū a potes-  
tatib; istius mundi p̄tegi quær-  
sed in transitu eorū capti atq; oc-  
cisi sunt. quia maledictus ē. homo  
sup terrā qui confidit in hominē.  
& ponit carnē brachiū suū. & a  
dño recedit coreus; Ezechias  
quoniam interpretatur adprehendens  
dñm uel fortitudo dñi. & nomē  
ipse suosq; opus dī strenue gessit.  
immo p̄ nuntios ad simile studiū  
alios puocauit t̄p̄um gerit dñi  
saluatoris. in quo habitat om̄s  
plenitudo diuinitatis corporalit̄  
& est caput om̄is principatus &  
potestatis dñs fortis & potens in  
proelio. hic transgressiones patrū  
& om̄s praearicationes quae fu-  
erunt sub lege sanguine suo dila-  
uit. & cultum pietatis in eccl̄a ple-  
ne instaurauit. Ipse legatos suos  
ad conuocandas gentes ad fidē.  
hoc est primū p̄ph̄et̄as. deinde a-  
postolos misit. non solum de iudea

sed & de aliis nationibus pluri-  
mos ad catholicam fidem. et ad  
ueram religionem per praedicationem  
euangelii sui conduxit;  
Quod autem ezechiae pro bono  
opere adiciuntur quindecim  
anni. significat omnes sanctos quibus  
ad obsequendam uitam aeternam.  
quinque libri legis moysi. cum  
decem uerbis decalogi dati sunt.  
ut per complementum legis & pro-  
ceptorum. regnum caelestis pleni-  
tudinem consequantur;

Manases autem quinter praetatur  
obliuiosus pro multa enim scele-  
ra & sacrilegia reliquerat. &  
oblitus fuerat deum. exemplar  
est ueraciter poenitentium  
& in deum misericordiam confiden-  
tium. Docet enim nos quod post  
commissa scelera nullus debet  
de dei misericordia desperare.  
sed magis pro poenitentiam con-  
gruam spem habere ueniae si  
eam rite profecerit. Ammon in-  
terpraetatur fidelis & honestus  
quod magis de eo per antifrasi in dic-  
tum intelligi potest quam secundum  
ueritatem. quia cum idola traiecit.

Ammon:

quomodo fidelis esse potuit. tri-  
pumenim ipse tenet hereticorum  
quibus & fingunt se esse bonos et  
dicultores. tamen errantes et  
in errorem mittentes magis dia-  
bolo quam deo seruire praebantur.

Josias rex qui interpretatur ubi  
est incensum domini. haec enim est  
propria etymologia nominis eius.  
eo quod deo incensum sacrae o-  
rationis & bonorum operum sacri-  
ficium offerens. simulacraque  
fecerunt anteriores reges com-  
bussit. & celebrauit paschale  
agnum. & de templo domini idola  
multa depulit. significat enim  
in hoc christum qui pro nobis passionem  
suscepit. atque omnia execrabilia  
gentium de templis corporis sui  
deiciens. igne uirtutis suae ex-  
usta comminuit. atque in huius  
saeculi torrente proiecit;

Joachaz qui interpraetatur receptus.  
significat prauos rectores  
quos populus terrae carnales  
uidelicet terrenae cupiditatis  
dediti secundum mores suos consen-  
tentes uitae suis personas eligunt.  
quos pharaon in rebus unxit.

et in aegyptum duxit. cum diabolus  
per multitudinem adulatorum  
eneruans decipit corda praela-  
torum. Reblath enim multitu-  
do interpretatur. sicque in spirita-  
lis aegypti uinctos catenis pecca-  
torum. tenebrosam mergit abyssum.  
Joachim idem est. qui & elr-  
achim. nam ioachim interpreta-  
tur ubi est praeparatio. & elrachim  
di resurrectio. significat deum an-  
tes pastores fidelium qui sunt praesentia  
praeparati atque ornati. et po-  
testate sublimati. sed magis per  
dona diabolo seruire probantur.  
quandocumque. et uariis uitiis subduntur.  
Sciendum autem quod cum semel quis  
cuilibet se manciparit uitio. non  
uno sed multis dominis obnoxia-  
uerit; Unde ioachim quem  
pharao antecessum sibi solue-  
re coegit. nunc nabuchodonosor  
rex babilonis sibi tribus  
annis seruire compellit; Quid  
est ergo aliud regis babilonis  
seruum esse. quam per suasionem.  
delectationem. atque consensum an-  
tiquo hosti subditum fore. & in  
cogitando. loquendo. atque in

gendo. totum uitium deditum  
quasi libere ab eo possideri;  
Joachim siue iechomas quicumque  
matre ductus in babilonem  
simul & thesauro templi domini.  
significat lapsum atque ruinam  
pastorum ac rectorum ecclesiae  
qui ueri nabuchodonosor hoc  
est diaboli arte delusi. in confu-  
sione abducuntur errorum  
atque uitiorum. & qui per domini gra-  
tiam ac studium bonum alios  
sermone doctrinae & bonis ex-  
emplis ad ueram religionem.  
suscitare debuerant. ipsi uari-  
is uitiis trucidati. morte absor-  
ti sunt peccatorum. hoc enim  
iomefi ioachim qui resuscitatus  
uel qui est consurgens interpre-  
tatur. significat cum quo simul  
preciosissima uasa domini in capti-  
uitatem asportabantur; qui illi  
quingenti acumine exercebantur.  
t morum honestate fulgebant.  
malorum deprauati exemplis  
simul cum ipsis in praedam ces-  
sere diaboli. Sedechias qui nunc  
interpretatur iustus domini. huius oculos  
in reblatha rex babilonis euulsit.

Jerhomas

ioachim

Sedechias

Reblatha ueratur in latinū. mul-  
 tabaec. Ideoq; significabat eos qui  
 in huius mundi mala actione in-  
 uoluuntur atq; a diabolo capti-  
 uati intellegentiae oculos per-  
 dunt; Hieroboam qui inter-  
 pretatur diiudicans populū. &  
 decem tribus a domo dauid. &  
 a templo dī separans ad idolatri-  
 am p̄duxit. significat hereticos  
 qui dissensionē amant. & unita-  
 tē fidei catholicae heresibus  
 scindunt. ac sic cultui maligno  
 rū spiritū sibi obsequentes tra-  
 dunt; Achab qui interpretatur  
 frater patris. et rex fuit iniustus.  
 & iniquā habuit uxorem. signi-  
 ficat p̄secutores xp̄ianorū. et  
 maxime iudaeorum populū  
 s̄r̄nagogae cohabitatores qui  
 p̄secutus ē. p̄phetas & sc̄os dī qui  
 ad eum missi sunt indicare dī uo-  
 luntatē. & docere p̄cepta legis  
 ipsius. de quo & iam xp̄s carnem  
 assumere dignatus ē. Concupiunt  
 ergo achab uineā ieroboam. qui in-  
 ter-pretatur p̄spiciuus siue confes-  
 sio hierobeamite. hoc est honesta-  
 tus dī. siue seminis dī. dñi uel dī &

n̄r̄ ih̄u xp̄i ueri filii dī cuius uinea  
 plebs est israhelitica. de qua isaias  
 ait; Uinea dñi s̄r̄baoth domus is-  
 rabel est. ut fecisset in ea hortum ole-  
 rum. hoc est ut ubi uinum gratiae  
 sp̄italis germinare debuit. ibi fra-  
 gilia quaeq; dogmata p̄ pharisai-  
 cam sup̄stitionē. transplantaret.  
 sed naboth hanc uineam dicitur uole-  
 ti. Id est xp̄o pharisaeorū sup̄sti-  
 tionibus non consentienti impia uxor  
 iezabel. hoc est s̄r̄nagoga iudae-  
 orum machinata est mortē. Inter-  
 pretatur enim iezabel cohabitatrix  
 siue fluxus uentris. Quod bene con-  
 uenit s̄r̄nagogae quae habitare  
 uidebatur in domo dñi. sed puaria  
 desideria uanitatis defluebat;  
 Misit ergo iezabel litteras ad maio-  
 res natu. & ad optimates quae erant  
 in ciuitate. ut subintroductis fal-  
 sis testibus testimoniu falsum con-  
 tra naboth ponerent. quod benedixit  
 s̄c̄dm̄. & regem. & sic ductum de  
 ciuitate lapidarent ut morerentur.  
 cum s̄r̄nagoga p̄ pontifices scri-  
 bas & pharisaeos meditata ē. mor-  
 tem xp̄i; hic ergo achab ueros p̄-  
 phetas disperrens. falsos p̄phetas

Hieroboam:

Achab:

audiunt. & sic delusus ad diabolo gla  
dio hostis interit; Sic & populus  
iudaicus spernendo doctores euangeli  
gelii. et sequendo praecursores  
antichristi. nec non et ipsum ca  
put iniquorum in mortem corru  
et sempiternam; **Ochozias** qui  
interpretatur adprehendens dñm.  
filius erat achab. & psequēbat  
prophetas dñi. et maxime helia  
significat populum iudaeorum.  
et maxime principes synagoga.  
qui peccatis & uitiis dediti. ueri  
tatem a se repellunt immo p  
sequēbantur. Unde legitur in  
euangelio. quod miserunt prin  
cipes et pharisaei ministros. ut  
adprehenderent ihm; Domus er  
go ochoziae. synagoga est iude  
orum. quae legalibus precep  
tis quasi cancellis cenaculi un  
diq; circum dicta erat. sed sicut  
ochozias p cancellos quibus tu  
eri debuit ruens egritudinem  
nimiam incurrit. Ita et populus  
iudaeorum legis custodiam ex  
cedens. in languore desperabile  
peccatorum caecidit. ubi quia di  
uina praesidia dereliquit salu

is remedia inuenire non meru  
it; Ieu qui inter ptatur ipse  
est & p prophetam heliseum  
dñm precepto ordinatus ē. ad  
exstirpandam domū achab. &  
sacerdotes baal interficiendos.  
qui & percussit ioram regem isrl.  
et achaziam regē iuda. & ierza  
bel impissimā reginā de pala  
tio in hierusalem praecipitare  
fecit. potest designare gentium  
principatum quem dñs ac redēp  
tor nŕ destinauit ut in sacrilega  
ciuitate quae pphetas. & ipsū  
dñm pphetarum occidit. et apos  
tolo seius psecuta ē. iudicia ex  
erceret. et eam ultione iusta  
perimeret. atq; sacerdotium ua  
nū quod post xp̄i aduentum in  
aniter habuerat destrueret  
templumq; subuerteret. nec  
non & impiam synagogam. quae san  
guine scōrum sempsituebat. de reg  
niculmine praecipitare. ac rec  
tores ipsius interficeret.  
**Nabuchodonosor** int̄pretatur  
pphetia lagunculae angustae  
sive pphetans istius modi signū.  
p somno scilicet futurorum quod

uidisse narratur. et daniel in  
 terpretatus est. siue sessio magni  
 tione angustiae phis quincap  
 tuitate ab eo ductisunt. tripu  
 tenet diuoli qui hereticorum  
 plebe erroris captiuitate de  
 uictam ab hierusale hoc est ab  
 ecclesia in babilonia. id est ig  
 norantiae confusione adduxit;  
 Princeps cocoru qui muros hieru  
 salem subuertit. hoc significat  
 quia omnes qui uentris desiderio  
 seruiunt. uirtutes animae des  
 truunt. Hiesus sacerdos mag  
 nus figura gerebat xpi p que  
 ex peregrinatione saeculi huius  
 ad caelestem hierusale nobis  
 fuisse regressus ostenditur.

Zorobabel. Zorobabel apud ebreos ex tribus  
 integris nominibus traditur esse.  
 compositus. Zo. iste. ro. magis  
 ter. babel. propriae babilone  
 um consonat. & efficitur no  
 men Zorobabel. hoc est iste ma  
 gister de babilone. In babilone  
 enim ortus est. ubi et prin  
 ceptus gentis iudee existit. In  
 dith interpretatur laudans  
 uel confitens. Hester inter

Judith  
 Hester

pretatur absconsa. haec quoque  
 mulieres quae tripum gestant  
 ecclesiae hostes fidei puniunt ac  
 populum ab interitu eruiunt.  
 Susanna interpretatur lilia uel  
 gratia eius. haec figurauit ecclesiam  
 quam falsitate iudaei quasi ad  
 ulteram accusant. Iobias pris  
 ce legis imaginem tenet cuius  
 oculos iudaici passeris obcae  
 cant. dum eos luminis sacra  
 mentum male intellegentes  
 obcaecant. Iobias filius eius.  
 dominus uerbum christi imaginem habu  
 it. qui uelut abscondita & ob  
 caecatam figuram caligine le  
 gis claritate suae uirtutis inlu  
 minat. Machabei septem  
 qui sub antiocho acerbissima  
 pressis sunt tormenta gloria  
 sissime coronati sunt. Signifi  
 cant ecclesiam septiformem qua  
 ab inimicis christi multam mar  
 tyrum stragem protulit. & gloriae  
 caelestis coronam accepit.

#### DE PROPHETIIS

Quos gentilitas uates appel  
 lat hos nri prophetas uocant  
 quasi praefatores quod porro

fantur & de futuris uera prae-  
dicunt. qui autem a nobis  
pphaetae. in ueteri testame-  
to uidentes appellabantur.  
quia uidebant ea quae ceteri  
non uidebant. et praespicie-  
bant quae in mysterio abs-  
condita erant. hinc est quod  
scriptum est. in samuuele eam  
aduidentem. hinc isaiaf uidi  
inquit dñm sedentē super thro-  
num excelsum et eleuatum.  
ezechieli aperta sunt caeli.  
& uidit uisiones dñi. quorum-  
dam autem pphazarum echi-  
mologiae nominum ad no-  
tandae sunt. Uocabula enim  
eorum satis ostendunt quid  
in futuris factis dictisq; suis p-  
nuntiassent. Helias inter-  
pretatur dñs dñs. ex futuro igitur  
praesagio sic uocatus. nam  
dum altere ceretur in sacri-  
ficio cum quadringentis sacer-  
dotibus baal. Inuocato no-  
mine dñi descendit de caelo  
ignis sup holocaustū. Quod  
cum uidisset & omnis populus  
caecidit in faciem suam. & ait;

89.  
Dñs ipse est dñs. Ex hac igitur  
causa tale prius nomen ac-  
cepit. pro eo quod p eum  
postea cognouerit popu-  
lus dñm dñm. Idem & for-  
tis dñs interpretatur. uel ppter  
quod interfecit eosdem sa-  
cerdotes. uel propter qd  
achab aduersitatem tole-  
rauit. hic xpm demonstrat.  
quia sicut igneo curru. ad  
supna sublatus est. Ita xps  
carnem suam in qua natus  
est & passus. et resurrexit  
assumpsit in caelum. Uidua  
ad quam mittitur helias  
pascendus ecclesia est ad quam  
pfidem uenisse xps legitur.  
cuius farinae & oleū bene-  
dicitur & non deficit. Id est  
gratia corporis xpi et chris-  
matis unctio quae toto mun-  
do cotidie impenditur. &  
numquam minuitur. Septē  
milia uirorum de quibus dic-  
tum est heliae quoniam curru  
uerunt genua ante baal sig-  
nificant numerum scōrum  
qui spū septiformis gratiae ad

Sacramentum  
Eucharistiae  
Chryisma

Heliseus

impleti diabolo renuntiaue-  
runt. Heliseus dñi salus  
inter pretatur. uocabulū  
autem idem ex futuri præ-  
sagio suscepit. deniq; et  
multas uirtutes fecit. & fa-  
mem pellens populum a  
morte saluauit. hic eundē re-  
demptorem dñm figurauit.  
quidemontis altitudine  
idest caelorum descendens  
sublimitate humiliatus se  
ipsum a forma dī usq; ad for-  
mam hominis. ac mortuis  
membris sua membra com-  
posuit. et nr̄ae mortalita-  
ti sui corporis medicinam  
aptauit. Pueri qui insul-  
tantes heliseum clamabant.  
ascende calue. ascende calue.  
et in uasi abestus perierunt.  
Indicant populū iudaicū  
qui puerili stultitia inrise-  
runt xpm̄ in loco caluariae  
crucifixum. & capti ad uob;  
ursi. hoc est cito & uespasiano  
interierunt. Puer helisei qui  
cum baculo ad resuscitandum  
mulieris ē. filiū missus. t̄pū

Titus  
Vespasiano

priscæ legis ostendit. quæ ge-  
neri humano transmissa nihil  
p̄stitit. nisi qđ in uirga solū au-  
steritate seruitutis monstrauit.  
Sunamitis filius mortuus huma-  
ni generis figurā tenet & sup̄ quē  
xps̄ oscitans <sup>sp̄m</sup> septiformis gra-  
tiae sp̄italit̄ aspirat. p̄ quē a  
morte peccator reuiuiscat. ne  
maxi s̄ritus significat ex gemib;  
populū maculis delictorū pollū-  
tū atq; a xpo p̄ sacram̄ta bap-  
tismatis purificatū. *Isaias* int̄p̄-  
tatur saluator dñi. & meritis sal-  
uatorē uniuersarū gentiū eiusq;  
sacram̄ta amplius quā ceteri p̄-  
dicat. hic quoq; formā euange-  
listarū & apostolorū expressit  
qui uniuersa sacram̄ta xpi. p̄  
quasi p̄ figurā sed uelut p̄ semet  
p̄dicauit. *Hieremias* int̄p̄-  
tat̄ excelsus dñi p̄ eo qđ dicitur.  
ei; Constituite sup̄ gentes & sup̄  
regna. hic aū in uerb. & passio-  
nib; suis. mortē & passionē figu-  
raū dñi saluatoris. *Ezechiel*  
int̄p̄tat̄ fortitudo dī. hic quo-  
q; imaginē xpi gestauit. qui posi-  
tū in hac terrena peregrinatione

populū salutarib; p̄ceptis instigat.  
**Daniel** iudiciū dī. siue qđ in presbitero-  
rorū iudicio sententiā diuine exa-  
minationis exhibuit. dū reperta eorū  
falsitate susannā ab interitu libe-  
rauit. siue qđ uisiones & somnia qui-  
bus p̄singula quaedā enigmata fu-  
tura monstrabant sagacimēte  
discernens aperuit. **Hic** desiderio  
rū uir appellatus ē. qui panē de-  
siderii non manducauit. & uinū con-  
cupiscentiæ non bibit. Idem uitā  
celebrē tenuit. similitudinē habu-  
it continentiae. siue eorū qui sunt  
in otio scō. & in terrenis rerū co-  
pus abutuntur. **Osee** interpretat̄  
saluator aut saluap̄. dū enī irādī  
in populū isrl̄ ob crime p̄ idolatrię  
pph̄ & s̄ & domui iudae salutē p̄-  
nuntiavit. p̄pter quod ezechias rex  
iudae subleuatis idolis. quos p̄ceden-  
tes reges consecrauerant. templū  
dñi purgasse ac purificasse mon-  
stratur. hic xp̄i demonstrauit fi-  
gurā qui ex fornicatione gentium.  
assumpsit in corpore suo ecclesiā.  
**Johel** interpretat̄ dñs dñs. siue incipi-  
es dō. uel fuit dī. hoc enī eius uoca-  
bulū resonat a & h̄imologia incerta;

91.  
hic indicat triplice eos qui p̄ fidei  
hostium diuinae scientiae inci-  
piunt cognoscere sacramentū.  
**Amos** interpretatur populus auul-  
sus; p̄ph̄ & a enim eius ad populū  
fuis̄ isrl̄. quia am auulsus erat a  
dño. & aureis uittulis seruauit. si-  
ue auulsus a regno stirpis dauid;  
**Hic** ergo pastor & rusticus. xp̄i est  
tripus. qui ab officio pastoralis pe-  
corū. Id est ab ebreorū regimine  
translatus. nunc ad uos greges pas-  
cit in gentibus; **Abdias** interp̄-  
tatur seruus dñi. sicut enim mo-  
yses famulus dñi. & apostolus ser-  
uus xp̄i. ita iste legatus ad gentes  
missus uide & p̄dicat. quae p̄phe-  
tali digna sunt ministerio & ser-  
uitute; **Inde** seruus dñi uocatur.  
hic quidem in sc̄m̄a centū pa-  
uit p̄ph̄ & s̄. significat om̄s fidei  
p̄dicatores. qui in hoc mundo ali-  
mentis sc̄arū scripturarū om̄s cre-  
dentes reficiunt. **Jonas** interpretat̄  
columba siue dolens. columba  
p̄ gemitu. quō in uentre coeli triduo  
fuit. dolens autē t̄ p̄p̄ tristitiā quā  
habuit de salute n̄ uenturū. t̄ p̄p̄  
ter ceteram subito arescente. cuius

Amos.

Jonas.

um braculo tegebatur contra  
solis ardorem. Ipse est filius  
amathi hoc est sarapthenae  
uiduae ut iudaei affirmant.  
quē resuscitauit helias. Ma-  
tre postea ad eū dicebat; Nunc  
cognoui quod uir dei es tu. et uer-  
bū ueritatis in ore tuo est. Ob  
hanc causam ipsum puerum  
amathi uocitatum. Amathi  
enim ex hebreo in latinā linguā  
ueritas dicitur. & ex eo quod uerū he-  
lias locutus est. ille qui suscitatus  
est filius nuncupatus est ueri-  
tatis. Jonas quoque tam sermone  
quā naufragio suo passionem  
christi mortēque & resurrectionem  
figurat. siue quod de nauē ad ma-  
re. tam quā de cruce ad terrā p-  
iectus est. siue quod in uentre coeli  
exceptus est tam quā in sepulchro  
terrae tribus diebus & tribus noc-  
tibus reconditus est. & quod per figurā  
nīneue per poenitentiam mundi pre-  
dixit. Insequentibus tēpore gerit iude-  
orū. qui salutē gentium nō tantū  
aduenire poluerunt. sed cū uenit  
inuiserunt. Nīneuen quoque gentiū  
significat speciem; Jonas uero in hoc

loco iudaeorū; Nam quem admo-  
dū pīneutarum salus ad emulati-  
onem puocauit ionam. Ita redemp-  
tio gentium. scandalū existit in  
daeorum. merito & contra orien-  
tem ciuitatis sedisse legitur. sub  
umbra edere. Ita eadem plebs se-  
parans se a salute ecclēae dolore  
tabide contra christum id est orientē  
ecclēae linguam suam mouere pu-  
tatur. sedens sub umbra legis que  
umbra ferme are facta est. quia  
adueniente christo uetera transierunt.  
& ecce facta sunt omnia noua;  
Ipsa prophetauit autē sub oziā rege  
iuda. quando & osee. & amos  
& esaias pphetauerunt. Miche-  
as qui interpretatur quis hic uel  
quis iste. aut humilitas. significat  
illū qui in euangelio ait. Discite  
a me quia mitissimus & humilis  
corde. Et de quo propheta dixit;  
Generationē autē eius quis enor-  
rabit ad quē uerbum dei factū est.  
quia uerbum caro factum est. &  
habitauit in nobis; Percussit dis-  
pensationem primū prophetae  
& postea apostoli ad praedicandū  
uerbum dei missi sunt; quoniam

Amathi

tum ergo ad hystoriam pertinet & se-  
cundum ordinem captiuitatis  
qui primū est capta samaria mētro-  
polis isrl; Postea hierusalē urbs  
iudae pphetiae titulis ponitur.  
Primum de samaria. secundo de hie-  
rusalē. quantum uero ad hystoricos  
intellectus quia samaria semper  
in heresib; accipitur. hierusalem  
in rpo ecclae dicimus uerbum dñi  
fieri ad humilem & coherede xpi;  
de diuersis dogmatib; & de ecclae  
quia forte peccatū cōmiserat. &  
totius ordinis uolumentū contexe-  
rat. Naum interpretatur germen  
siue consolator. In crepat enim  
ciuitatē sanguinā. Et post euer-  
sionem illius consolatur sion di-  
ces; Ecce sup montes pedes e-  
uangelizantis. & annuntiantis  
pacem. Hic quoq; scōrum pre-  
dicatorum tūpum tenet quia  
uitatem sanguinum hoc est ba-  
bylonem spiritale increpantes  
arguunt germen fidei. & bono-  
rum operum ab eis expectentes.  
si paenitentia egerint de pecca-  
tis suis consolationē ueniae illis  
pmittunt. Abbacuc interpreta-

93.  
tur amplexans quia uel ex eo  
quod amabilis dñi fuit uocat  
amplexatio uel quod incerta  
meū cum dō congregatur am-  
plexentis. id est luctantis for-  
titus ē. nom. Nullus enim tam  
audaci uoce ausus est dñm ad  
disceptationē iustitiae puoca-  
re. Cur in reb; humanis &  
mundi istius tanta rerū uer-  
saretur iniquitas. significat  
enim fidelem populū qui sup  
excelsa eleuatus in cruce dñm  
contemplatur dicens. cornua  
in manib; eius illic confirma-  
tae. uirtus gloriae eius. Sopho-  
nia speculum uel arcanū dñi  
int. precat. utriūque ad pphe-  
tas conuenit. ipse enim sciuit  
mysteria dñi. unde & ezechiel  
dicit. speculatore te posui. et ali-  
bi non faciet dñs quicquā nisi  
reuelauerit seruis suis pphetis.  
Iste enim significat eos qui p con-  
templationis arcanū ad pfectū  
pueniunt meritorū; Aggeus  
interpretatur In latinū festiuus  
& laetus resonat. destructum enim  
templū aedificac p dñm pphetat.

Et post luctum captiuitatis regressionis Laetitiam praedicat.

Zacharias

**Z**acharias interpretatur memoria dñi. septuagesimo enim anno desolationis templi complendo Zacharia predicante memoratus est dñs populus sui. Iussuque dñi reuersus est. dñi populus & reaedificatum est. & urbs & templum. Ista enim duo prophete figuram gestauerunt sanctorum qui nobis in huius peregrinationis uita futurum tempus liberationis decantant. **M**icheas interpretatur angelus dñi id est nuntius. quicquidem loquebatur quasi ad dñm eent. mundicia. ita credebantur. & inde ita nomen eius septuaginta translulerunt dicentes. assumptio uerbi dñi super isrl in manu angeli eius. Iste enim tripam saluatoris nri tenuit qui angelus magni consili dicitur. **E**sdras interpretatur adiutor. **N**eemias interpretatur consolator ad dñm. quodam enim psecutio futurorum nominum ista sortita sunt. fuerunt enim in adiutorium. & con-

solationem omnium populo redeunti ad patriam. Nam & templum dñi idem reaedificauerunt. & murorum ac turrium opus ipsi restaurauerunt. tripam ergo ista habent. & apostolorum & praedicatorum euangelixpi qui spiritale aedificium dñi post exitum fidelium de babilone istius mundi atq; regressum interram remissionis. uerbis & exemplis cotidie instaurando reaedificasti. ut quae prius per negligentiam uel desidiam pristinorum habitatorum corruerant. ipsi instanti nisu & studio profecto cum cooperantibus deuotis recuperent. **A**nnanias interpretatur gradus idem sedra lingua caldaica quod interpretatur decorus meus. **A**zarias interpretatur auxilium dñi idem & abdenago quod in latina taceo seruens uertitur. **M**isael quia populus dñi ipse & misaac qui interpretatur risus uel gaudium. hi tres pauci figuram praetulerunt sanctorum qui corpus suum in persecutione

3  
obtulerunt. Asaf interpre-  
tatur synagoga significans  
congregationem quae credi-  
dit non quae obstinata per-  
mansit. Nam post resurrecti-  
onem dñi confessa legimus  
multa milia iudaeorū sicut  
inter alia testantur accusa-  
postolorum. Ethan int̄pre-  
tat̄ robustus. Ethan autē iste  
sicut & emien decantoribus.  
Dauid regis est quos uerba di-  
erū narrant. filius uidelicet  
cusi filii Abdi de cognatione  
merari filii Leui. uel de illis sa-  
pientibus quibus in libro regū  
Salomonis sapientia praefer-  
tur. Sapientior inquit & hapi  
Ezrahelita. & emapi. tamen igitur  
scientiae hoc carmen est  
ut sapientissimi illius nomi-  
ne mereatur ascribi. Eman  
filius fuit Iobel filii Samuel  
de familia caadh filii Leui un-  
de decantoribus; quos Dauid in col-  
locatione arcae p̄fecit reliquis  
ad canendū. Eman int̄pre-  
tat̄ fr̄ eius quo uocabulo dñs xp̄s  
appellat eos qui eius p̄ceptis

95.  
operibus quae deuoti sunt.  
sicut ait in euangelio. Ite dicit  
te fratribus meis. Israhelitae  
dñm uidentes. quod utique  
illis accidere manifestū est.  
qui p̄ oboedientiae myste-  
rium sc̄a dñi luce radiantur.  
Idithun int̄pre-  
tatur transili-  
ens eos. significans eum qui  
mente terrena transcendit.  
transilitque eos qui in haeren-  
tes humo. & incuruati in terra  
ea quae imae sunt cogitant.  
atq; in excelsis mentis habitans.  
de uirtute dī libero carmine  
philosophatur. Filius chore  
sicut & emien Ethan Asaph. &  
Idithun non psalmografi sed  
cantores fuere. Ad Dauid quidē  
ob psalmodiā electi sed ob  
significantiā nominiū titu-  
lis psalmorum congruenter  
adfixi; Chore ergo dicitur  
caluariae in cuius nominis  
loco dñs est crucifixus. & ideo  
filius chore merito dicunt̄ qui pas-  
sionis illius sacram̄ta<sup>o tota</sup> deuotio-  
ne famulantur. Zacharias  
int̄pre-  
tatur memoria dñi ob

hoc qđcant memorari testamti  
 sc̄i sui. Johannes baptista inter  
 ptatur dñi gratia eo quod sit li  
 mes pphetiae praenuntius gra  
 tiae siue initium baptismatis p  
 quod gratia ministrat. hisunt  
 pphetae ueteris testamti nouiq;  
 quorū finis xp̄s uideatur apa  
 tre. & ppheta in gentib; posui  
 te. Propheiae autē genera septē  
 sunt. Primum genus extasis qđ  
 est mentis excessus sicut uidit  
 p̄rus uas illud submissum in  
 stupore cum ueris animalibus.  
 Secundum genus uisio sicut apud  
 esaiā legit̄. uidi dñm sedentē su  
 p̄ solum excelsū. Tertium genus  
 somnium sicut iacob subnixam  
 in caelo sc̄la dormiens uidit.  
 Quartū genus p̄ nubem sicut ad mo  
 r̄ sepi & ad iob post plagā loq̄t̄ d̄s;  
 Quintum genus uox de caelo sicut  
 ad abrahā sonuit diceps. Item  
 iudas in caeno tuā sup̄ p̄uerū. &  
 ad sculū in uia. Saule saule. quid  
 me p̄sequeris. Sextum genus ac  
 cepta parabola sicut apud salomo  
 nē in p̄uerbis. & apud beclā cū euo  
 carē ab alāc. Septimū gen̄ reple

tio sp̄s sc̄i sicut pene apud om̄s p̄phe  
 tas. Alitragenera uisionū eē. di  
 xer̄; Unū scđm oculos corporis. sicut  
 uidit abrahā tres uiros sub ilice mē  
 brae. et moyses ignem in rubo. & dis  
 cipuli transfigurati dñm in monte.  
 inter moyses & heliā. & cetera huius  
 modi. Alterū p̄ sp̄m quo in magi  
 nibus ea quae p̄ corpus sentim̄ uide  
 mus sicut uidit p̄rus discum il  
 lum submitti de caelo cum ueris  
 animalibus; & sicut isaias dñm in  
 sede altissima non corporaliter.  
 sed sp̄italiter uidit. non em̄ dñm for  
 ma corporea circumterminat.  
 sed quē admodū figuratae non p̄pre  
 dicant̄ multa. ita etiā figuratae  
 multa monstrant̄. Tertium gen̄  
 est uisionis qđ neq; corporis sensib;  
 illa parte anime qua corporaliū  
 rerū imagines capiunt̄. sed p̄ intu  
 itū mentis quo intellecta conspiciūt  
 ueritas. sicut daniel praeditus m̄te  
 uidit qđ balthasar uiderat cor  
 pore sine quo genere illa duo uel  
 infructuosa sunt. uel etiā in errore  
 mittunt̄. Omnia tam̄ haec genera  
 sp̄s sc̄i moderat̄. habere autē p̄pheta  
 non solū bonus sed etiā malus potest.

Nam inuenimus saule regem pph&as  
se. psequabatur enim scindauid. et  
impletus spu proph&are coepit.  
EXPLICIT LIBER TERCIUS.

**INCIPIT LIBER IIII.**  
**DE HIS PERSONIS QUAE AD NOUUM**  
**TESTAMENTUM PERTINENT;**  
**HOCEST EUANGELISTIS. ET A**  
**POSTOLIS ACCETERIS PERSONIS;**

**I**n primis legitur notandum e. qd quat  
tuor euangeliste dnm nr̄m ihm xpm  
sub quattuor animaliu uultib; figu  
ralit̄ exprimunt. Matheus eni eun  
de redemptorem natum & passu annun  
tiat. in similitudine hominis com  
parat; Marcus a solitudine exor  
sus leonis figuram induit. et xpi reg  
nu inuictum potentiaq; p clamat.  
Lucas quoq; putuli mysticu uultu  
xpm nob pdicat. immolandum.  
Iohannes au p figuram aquilae eun  
de xpm post resurrectione carnis  
demonstrat. reuolasse in caelos.

Haec ergo quattuor euangelistas siue quat  
tuor quae scripsere euangelia pfigu  
ram expresserunt. quattuor para  
disi flumina de uno fonte proceden  
tia quae irrigant omnem supficiem  
terrae; Similiter & quattuor ani  
maliu uultu pfiguntur quattuor flumina paradisi.

malia quae ezechiel pph&a in li  
bro suo comemorat dicens. quat  
tuor facies erant uni. & quattuor  
pennae uni. & manus hominis  
sub pennis eoru. In quattuor par  
tib; p significatione eosdem demonst  
rabat. Sic quoq; & quattuor ro  
tae de quibus idem pph&a narrat  
quod est. iuxta animalia. & p quat  
tuor partes irent. & non reuertent  
cum ambularent. eandem signifi  
catione habent; Nec non & quatt  
tuor facies de quibus scriptum e;  
qd esset una facies cherub. & una  
facies hominis. & tertia facies le  
onis. & quarta facies aquilae  
Idem demonstrat; Quattuor au  
sunt plagae orbis. & quattuor ui  
cissitudines temporu annuos fruc  
tus hominib; pbeant. sic & sca ecclia  
xpi. in.iiii. partib; mundi dilatata  
p totu tempus huius sc̄i doctrina  
euangelica nutritur. & roborat.

Unde sc̄i doctores qui p quattuor euang  
gelia totu orbem inluminant. quat  
tuor praecipue uirtutes. hoc est  
prudencia iusticia. fortitudine  
temperancia nobis comendat. ut  
in his conuersantes do placitam ex